Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LIIII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

et delectatoꝛ cõcomitate q̃to ꝗ totalis per fidei integritatem vorando caput tn̄ pedibus et inteſtinis .i. per ueram fidem incorporando et credendo in xp̄o diuinitatem que eſt caput eius et humanitatē ſꝫ carnem que tamq̃ pes eſt infima in ipa natura et aiaꝫ que eſt media ſicut eius inteſtina · ſexto ꝗ ſine oſſium comminutoe per ſimplitem ſacramenti veneratioꝫ **Oratio**

Domine ihū xp̄e qui hora veſpertina cenaꝫ illaꝫ cū diſcipulis in cenaculo grandi ſtrato feciſti et eos ſacratiſſimo corpore et ſanguine tuo cibaſti · fac pectus meū cenaculum grāde ſtratum amplifica fidem ſpem et caritatē in corde meo magnifica longanimitatē paciaꝫ et hmilitatem · da michi ut te quē celi et terre non capiunt pro modulo ſuo capiat cor meū contritum et hmiliatū ut per inhabitantē gratiaꝫ tuaꝫ omnia tibi placencia cogitem et pficiaꝫ et omnia cōtraria odiendo declinem et ſic pſeuerādo uſqꝫ in finem conſequar tunc digna ſacroſancti corporis et ſanguinis tui pceptioꝫ

De ablucōe pedum diſcipuloꝫ

Circa ſecundum uero diligenter attende · Premiſſis namqꝫ ita ſe habentibus ſciens ihc quia uenit hora eius non fatalis ſꝫ impletoīs ſacramentorum a deo patre ordinata ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem non per loci mutatoē ſꝫ ſicut dicitur veniſſe a patre / aſſumendo naturaꝫ nr̄aꝫ mortalem ita dicitur ad patrē rediſſe faciendo ipaꝫ per īmortalitatē in ſua reſurrectione paterne glorie conſortē / cū ſemper dilexiſſꝫ ſuos qui erant ī mūdo non ſuos ſola creatoē ſꝫ ſuos eciā electoē et dilectoē ſꝫ diſcipulos in fine dilexit eos .i. in fine ſpecialia et maiora ſigna dilectoīs et quanto amore dilexerit eos / oſtendit ponendo aiaꝫ ſuaꝫ pro ipis vel in finem .i. perſeuerant̄ et ī morte nō ꝗ morte terminaretur dilectio ſꝫ in tm̄ dilexit ꝗ uſqꝫ ad mortem dilectio eum perduxit in quo exemplum dedit ut omēs in dei et proximi caritate uſqꝫ in finem pmaneant vel ī finem .i. in xp̄m qui eſt finis pfectionis et conſummans · dilexit eos · utiqꝫ et ipi de hoc mūdo ubi erant et caput ſuū qđ hīc tranſiſſet eius dilectoē tranſirent · Per ihm qui ſalus interpretatur bonus platus ſignificat̄ finis uero ultimus eſt beatitudo vera que conſiſtit in clara dei viſione et fruitione perfecta · Licet aut̄ oīs homo debeat ad hunc finem pxim̄ diligere platus tn̄ qui eſt xp̄i vicarius ſpaliter tenet̄ erga ſuos ſubditos hoc facere · Et cena facta ſꝫ agni paſchalis cum iaꝫ dyabolus miſiſſꝫ in cor .i. in uoluntatem unde nō directe tamq̃ uoluntatē mouens ſꝫ indirecte tamq̃ ei ſuggerens ut traderet eū ſꝫ ihm conſenciens iniquitati die eū pcedenti eū vendiderat ſuggeſtione dyaboli · Dyabolus ēnī non eſt īmiſſor cogitatonū malarū ſꝫ incentor quia teptatio praua ex homine eſt quā dyabolus non immittit ſꝫ ī miſſaꝫ ab homine magis intendit et attendit teptacione hoīs percepta per aliqua ſigna corꝑis aliter eī nō pt̄ homeꝫ decipere niſi hō ſeipm̄ decipiat et hoſti arma reddat .i. ñ ſuggeſtor conſenciat · Nam ſcḿ aug. per dyabolum ſuggeſtōes īmittuntur et humanis cogitatōibus miſcent̄ · Ihs ergo ita fieri ſciens ihc ut deus quia omīa dedit ei pater ī manus .i. in poteſtatem etiā ipm̄ traditorem et perſecutores ex quo patꝫ ī xp̄o plenitudo ſciencie et poteſtatis et quia a deo exiuit ī mūdum veniens nec patrem deſerens et ad deū uadit omnia q̄

acquisiuit patri reducens et non nos re-
linquens sciens se ee regem regum et
dominu dominantium nec oblitus se ee
dei filiu naturalem et non ignorans suaz sub-
limitatem cuius talis eet et talem se sci-
ret tamen in magne sue indicium i mag-
ne nre exemplum humilitatis non dei deo
s hois serui implet officium humiliat se
ut ministret quia uenit ministrare et no
ministrari et surgit a cena regum cepit vo-
lens lauare pedes discipulis Ex quo vni-
uersum conculcat tumorem dum is qui
a deo exiuit et ad deum uadit pedes la-
uare uoluit locuturus quippe ewangelista
de tanta domini humilitate prius eius cel-
situdinem uoluit commendare ad exagge-
randaz ipius domini humilitatem et ad ad-
monendum nos ut quanto magni sumus
humiliemur in omnibus et de donis dei
nunquam superbiamus ac si diceretur homini
per hoc Si ille qui filius dei erat et patris
equalis suaz adeo inclinauit maiestatem
ut humiliaret se ad pedes hois quid debes
facere miser homo qui es terra et cinis
Surgunt etiam statim et discipuli ignorantes
quo uelit ire Ipse autem descendit cum eis i calu-
lorum inferius in eadem domo subtus ce-
naculum Nam in superiori parte domus
palestini faciebant cenacula et i ferius
cubicula Sunt autem i monte syon due no
capelle ubi erant canonici regulares cum
abbate sm regulam beati augustini do-
mino ministrantes vna superior ubi cena
facta fuit et spus sanctus sup discipulos
descendit Alia inferior ubi xpc pedes disci-
pulorum lauit et eis ianuis clausis appa-
ruit cui est contiguum est cimiterium quod
dicitur bonorum virorum possio ubi sepultus
fuit beatus stephanus Nichodemus ga-
maliel et abibon cum aliis viris sanctis
ubi etiaz est sepulchrum dauid et salois
et aliorum bonorum regum iuda et ierlm

Surgens ergo dominus intrans cum
discipulis oms ibi sedere facit aquam sibi of-
ferri iubet deponit uestimenta ut conuen-
entius hoc ministerium exhibeat Ubi nota no hoc
quatuor depositiones uestium xpi In cena depo-
suit eas et resumpsit ad columpnam nudatus
est et reindutus in illusione militum nudatus
est et reindutus s ab hode e no legitur nudatus
ad crucem nudatus est nec reindutus Prima
pertinet ad aplos quos in breui dissipsit · scda
ad illos qui resipti sunt in die penthecostes
et paulatim resumuntur Tertia ad aliquas
que resumentur in fine quarta ad piersaz
medietatem uero temporis que nunquam resumentur
Depositis igitur uestimentis suis linteo
se precinxit disponens se ad lauandum et
nichil obmittens de hiis que ad istud requi-
runtur officium Deinde mittit aquam in pel-
uim lapideaz propriis manibus non per a-
liorum ministerium et tam caritatiue tam
honeste tam officiose preparatus uenit laua-
re pedes discipulorum lutosos quia discal-
ciati incedebant et tergere linteo quo pre-
cinctus erat ut per omnia humilitatis officium
impleret Ecce quod mirum si hic fecit multa
miraculosa facere dignatus est vnde aug. no
Posuit autem uestimenta sua qui cum i for-
ma dei esset semetipsum exinaniuit precinx.
se linteo qui forma serui accipiens ha-
bitu inuentus ut homo misit aquam i pel-
uim vnde lauaret pedes discipulorum
qui in terraz sanguinem fudit quo imun-
diciaz dilueret peccatorum linteo quo e-
rat precinctus pedes quos lauit tersit qui car-
ne qua erat indutus ewangelistarum uesti-
gia confirmauit Et linteo quidem ut se
precingeret posuit uestimenta que habebat
ut autem forma serui acciperet qui semetipsum
exinaniuit non quod habebat deposuit s
quod non habebat accepit h aug. Et ut
omnia ratione et ordine faceret et faciendo
nos instrueret uenit ministerium i choando

Anno domini xxxiii pars v — Capitulum liii

Primo ad symonem petrum. Hic enim inter alios maior erat et ideo ab ipso inchoandum fuit. Et tunc petrus ex consideratione diuinitatis et maiestatis christi territus quod tantus quilibet eorum comparauisset comparuit ac totus stupefactus recusat et rem sic sibi indignam et indecentem declinat. Non decet id est non conuenit tu dominus ego seruus tu deus ego homo tu creator ego creatura et tu michi misero pauperrimo humilimo piscatori lauas pedes sordidius et infimum in corpore membrum manibus hiis quibus oculos aperuisti leprosos mundasti et mortuos suscitasti id est vis lauare pedes michi peccatori tu qui es filius dei. Quasi si diceret hoc indecens est et nullo modo sustinendum. Et inde verbum dixit in principio conuersionis sue Exi a me quia homo peccator sum domine. Et licet esset dominus humilis ad seruiendum ita seruus non suscipiendo seruicium. Quasi diceret secundum Bernardum Tu deus deorum tu rex angelorum tu filius altissimi et speculum sine macula maiestatis dei tu quem adorant angelice potestates tu deus eterne michi vermiculo lauas pedes tu ante me curuaris ante quem archangeli qui portant orbem tu ante me flecteris ante quem flectitur omne genu celestium terrestrium et infernorum. Et in hoc petrus significat discipulos ignorantes et indiscrete loquentes de facto superioris sui cuius ignorat racionem. Frequenter enim contingit quod aliquid videtur irracionabilissimum ab ignorante causam quod tamen racionabilissimum est secundum veritatem. Propter quod dicit ei hic Quod ego facio tu nescis modo. Hoc meum factum exemplum est et misterium. Exemplum quidem humilitatis exhibende misterium autem interioris mundacionis. Dupliciter ergo potest intelligi. Uno modo quod ego facio id est quomodo ego facio in exemplum tu nescis modo id est non intelligis. Scies autem postea tunc scilicet quando exposuit eis dicens Scitis quid fecerim vobis etc. Alius enim non potuit superbie morbus curari nisi per magnam humilitatem redemptoris nostri et tamen post totum istud adhuc cum lucifero superbiunt multi vicarii et successores christi. Alio modo potest intelligi quod ego facio tu nescis modo id est hoc misterium est et secretum et significat interiorem mundacionem que non potest fieri nisi per me quod non intelligis modo. Scies autem postea tunc scilicet cum spiritum sanctum accipies. Hec enim est sacramentalis ad instruccionem ecclesie et fiet tibi manifestum oportuno tempore. Et in hoc docemur bene iudicare et loqui de factis superioris boni nisi deo permittente erraret manifeste. Petrus autem de tanta filii dei inclinatione perterritus et usque ad suos pedes humiliatum christum videre nolens in eadem adhuc voluntate persistit non ex obstinacione sed ex humilima qua ad christum habuit reuerencia dicens Non lauabis michi pedes in eternum id est numquam lauabis. Numquam hoc paciar. Hoc enim in eternum non fit quod numquam fit. Ac si diceret Absit a me quod sustineam hoc a magistro a domino et a deo meo. Licet autem petrus bono zelo hoc faceret tamen indiscrete faciebat quia cum christus non possit errare non debebat voluntati eius aliquo modo resistere. Et ideo comminatur ei dominus dicens Si non lauero te id est pedes tuos non habebis partem mecum in beatitudine. Ubi hoc intelligitur de locione mistica et interioris macule ipsius affectus que quia necessaria est ideo precipitur siue de locione materiali et corporali pedum ipsius petri quia ex conuerso ideo est necessaria quia preceptum non potuit in petrum amplius intonare quam ut inobediencie repulsam. Et ideo petrus audita comminacione christi ad tante comminacionis terrificum verbum expauescens sapienter mutat consilium in melius dicens Domine non tantum pedes meos id est affectus sed et manus id est opera et caput id est cogitaciones mentis. Quasi diceret

Non ex precia veritatis sed quia totidem
tam operat tua et expatis. Pedes sunt pars
corporis inferior manus media caput ſu-
perior. Et ideo per expressionem istarum partium
intelligitur corpus totum. Territus petrus
de periculo salutis ex domini responsione ac
perturbatus amore et timore plus expa-
uit exemplum sibi negari quam usque ad suos
pedes humiliari et se totum offert abluendum
Si tibi magis placet si aliter fieri non potest suus
tuus sum totum me tue voluntati subicio
et non pedes tantum sed manus et caput ad lavan-
dum tibi offero et prius sustinerem a te per
totum corpus lavari quam a te separari. Non michi
neges capiendam tecum partem tu nullam
negem abluendam mei corporis partem. Cum
ius enim durum esset petro sustinere servitium
magistri gravius tamen erat ei ab ipso separari
no — Secundum aug. totus homo abluitur in bap-
tismo et erravit petrus ne nos erraremus
cum se totum deo obtulit abluendum quem
deus correxit ostendens semel baptizatum
non esse rebaptizandum unde dixit ei. Qui
lotus est scilicet per baptismum non indiget nisi ut
pedes lavet i. affectus et motus sensualita-
tis inordinatos sed est mundus totus scilicet preter
pedes quibus terram tangit quos lavare oportet
no hoc — habet. Ex quibus verbis intelligitur apostolos
prius fuisse baptizatos et si non legimus quis
baptizavit eos. Erant autem baptizati baptis-
mo xpi qui licet non baptizaret turbas bap-
tizabat tamen discipulos suos sibi familiares
et domesticos ut haberet baptizatos suos
per quos baptizaret ceteros. Sed cum baptismus
absterget etiam sordes pedum videtur quod qui
lotus est i. baptizatus non indiget ut pedes
lavet. Ad hoc dicendum quod si statim post baptis-
mum de hoc mundo transiret non utique hac ab-
lutione indigeret quia cum sit mundus to-
tus statim evolaret. Sed qui post baptismum
vivit in hac vita mortali non potest ad totum
culmen perfectionis ascendere quin etiam inordinati

motus sensualitatis de affectibus terrenis
insurgant et ideo oportet quod pedes lavet
vel per martirium quod est baptismus san-
guinis vel per penitentiam quod est baptismus
flaminis ut evolare possit. Ubi notandum quod in- — no
terioris hominis caput est ratio superior que intenta
est coniuncta deo sive pars contemplativa que
intendit superioribus et eternis. Manus sunt
ratio inferior que vacat operibus active vite
pedes vero sensualitas et sensus corporis
ac mentis et affectiones inferiores ipsi enim
nos ferunt extra nos et ipsi frequenter sicut
pedes maculantur in nobis post baptismum
in quo totus homo abluitur quia ex conditione
mortalis vite sepe maculas contrahunt
ex terrenis et corporalibus et ideo lavandi sunt
sepius. Unde necesse est ut crebra ablutione con-
fessionis et lacrimarum emundentur pedes
affectuum de terrena contagione terrenorum
in cogitatu et amore eorum. Qui enim non
lavatur post baptismum per penitentiam non habe-
bit cum ihesu partem. Unde dicit aug. quod humani
affectus sine quibus in hac mortalitate
non vivitur quasi pedes sunt ubi humanis
rebus afficimur ut si dixerimus quia peccatum
non habemus nos ipsos decipimus. Habe-
bat ergo dominus apostolos mundos quo ad caput
quia deo coniuncti erant per fidem et carita-
tem et quantum ad manus quia opera eorum erant sancta
sed tamen quantum ad pedes affectus aliquos
terrenorum ex sensualitate habebant et
sordidi erant et ideo quantum ad illos lotione
indigebant. Unde Beda. Qui lotus est
non indiget nisi ut pedes lavet. Lotus
enim est qui gravia peccata non habet cuius
caput i. intentio et manus i. operatio et
conversatio munda est sed pedes qui sunt
eius affectiones dum in hoc pulvere gra-
diuntur ex toto mundi esse non possunt — no
quin aliquando vanitati aliquando voluptati a-
liquando curiositati plus quam oporteat
cedat animus vel ad horam. In multis

cum offendimus omnes. Veruntamen non
hec contempnat aliquis quia impossibile
est cum eis saluari et impossibile est ea dilui
nisi per xpm et a xpo quia si non lauerit
ea xpc non habebimus partem cum eo //
Nemo tamen pro eis desperet cum si viderit
nos dns humiles pro eis esse sollicitos ignoscit
facile primo et libenter. De minoribus enim
istis peccatis pia dispensatione nobiscum agitur
ut non penitus aufferantur sed in illis nos
erudiat deus et cum minora cauere non
possumus certi simus quod non nostris viribus
maiora superemus. semper timorati et circumspecti
solliciti simus quomodo eius gratiam non a-
mittamus quam nobis tanto opere et tam
multipharie uerbum esse sentimus hec bern.
Deinde dns subiungit. Et vos mundi es-
tis quia a me mundati. Secundum aug. erant
mundi quantum ad manus et caput non quan-
tum ad pedes. Et sequitur. Sed non omnes
Duo enim sunt per que quibus homo a pec-
catis mundatur scilicet elemosina et caritas
Contra primum iudas erat fur contra secundum
xpi proditor et ideo mundus non erat. Sic
ergo per pedum ablutionem designauit dns
munditiam pedum spiritualium que maxime
requiritur in eucharistie perceptione. Et ideo
voluit lauare pedes discipulorum suorum
antequam daret eis sui corporis sacramentum
ad designandum quod spiritualis munditia requi-
ritur ad ipsum percipiendum. Unde aug. Cor-
pus et sanguinem suum discipulis suis in cena
mistica tradens eorum pedes humiliter lauit do-
cens sacrosancta misteria mundis operibus
et pia mentis humilitate celebranda. Mistice
etiam significatur sacrius eius effusio per
hoc quod misit aquam in peluim et peccatorum
nostrorum ablutio per hoc quod cepit lauare pedes
discipulorum ac penarum nostrarum in seipso sus-
ceptio per hoc quod tersit pedes lintheo salutis
corporis sui quia peccatum nostrum pertulit in corpo-
re suo super lignum. Illi autem discipuli audita

reprehensione petri de hoc quod recusauerat
huiusmodi lotionem non fuerunt ausi ulterius
aliqualiter recusare eam. Considera nunc
bene singulos actus in hac benignissima lo-
tione pedum et humilitate plena et cum admi-
ratione conspice que geruntur quia sunt de- -uota
uota. Inclinat se summa maiestas et humili-
tatis magister usque ad piscatorum pedes. stat in-
curuatus et genibus flexis coram ipsis sede-
tibus lauat propriis manibus et abstergit ac
deosculatur pedes omnium. Sic ergo usque ad
pedes discipulorum dns omnium seipsum humiliat
et supplex humilitatis ministerium exhibet
quia humilitatis formam non solum uerbo sed etiam
exemplo commendandam et docendam. Sed
et illud super excellit humilitatem et admi-
rationem humilitatis attendit quod et ipsi proditori
suo eadem obsequia prebet et ille non dedigna-
tus est pedes lauare cuius manus iam prende-
bat polluendas in scelere. In quo dns in firmi-
tatem nostram consolatur ut si quem contigat nos
ab amicis prodi vel a familiis aut aliquibus
vilioribus malum aliquod pati non scandalize-
mur conspicientes inde exemplum qui in finitis
potibus bonis in quantum remunerauit bene-
factorem ac dominum et magistrum. Sed o cor
nequam et ipsi duritia durius si sic ad tanta
humilitatem non molliris si sic diuine maiesta-
tis non vereris si sic usque ad ipsius semper
tibi bursam semper quod innocentis interitum seuis.
Sed ue tibi miser. Tu quidem obduratus
quod concepisti parturies non tamen ipse sed tu
pibus admiranda est igitur tanta humilita-
tis et benignitatis profunditas domini
ihu. Unde aug. Et te quidem perditissimum tra-
ditoris tui perfidia non latebat cum in hac ce-
na ablutionis etiam coram ipso genu flexo procum-
bens maledictos pedes eius veloces ad effu-
dendum sanguinem tuum sanctissimis manibus
tuis attractare lauare et extergere dignatus
es. Et adhuc erecto collo ambulas o ter-
ra et cinis ad huc superbia te eleuat ad

Nota hunc superbia te elevat ad hunc in patientia te exagitat. Intuere humilitatis et mansuetudinis speculum universorum factorem creatorem et tremendum iudicem vivorum et mortuorum ante pedes hominis exactissimi traditoris sui genua curvantem. Disce ab eo quia mitis est et humilis corde. Confundere in superbia tua. Erubesce in patientia tua. Et iterum. Cum autem surgens a cena linteo se praecinxerit miserit aquam in pelvim cogita que maiestas que potestas hominum pedes lavit et extersit quibus benignitatis proditoris vestigia sacris manibus tangit. Expecta et exspecta et ultra omnium tuos et plebe pedes abluendos quem quia ipse non laverit non habebit partem cum eo hec Anselmus. Hoc autem expleto misterio quod ad humilitatem pertinebat obsequii et ad purificationem cene corporis sui recepit vestimenta sua et redit ad locum

Nota cene. Quia mutat officium mutat et habitum ad serviendum vestimenta deposuit ad docendum resumit et sedet ut enim dicit in ecclesiastico amictus hominis enunciat de illo. Per hoc autem ostendit quod superior post actum humilitatis debet resumere debitum officium auctoritatis. [illegible] autem [illegible] impleta redemptionis nostre purgatione per sanguinis sui effusionem accepit vestimenta sua tertia die de sepulchro resurgens et eodem corpore iam immortali vestitus et ascendens in celum in dextra paterne divinitatis recumbens unde venturus est ad iudicandum. Et cum recubuisset iterum ad cenam corporis sui faciendam docuit eos quare hoc fecerit in exemplum scilicet mutuo sibi serviendi. Unde dixit Scitis quid fecerim vobis id est quantam humilitatem exhibuerim. Interrogat ut eos attentos reddat. Deinde eos ad imitandum suum exemplum confortat dicens Vos vocatis me magister et domine et bene dicitis quia verum est quod dicitis. Sum etenim magister et dominus quia dei virtus et dei sapientia magister quia sapienter quia doceo verbis dominus quia potenter quia ostendo miraculis

Nota. Non dicit magna de se non est arrogantia sed veritas que prodest auditoribus sicut facit et paulus. Nam secundum Augustinum vituperabile est quod quisque se commendet propter periculum superbiendi. Nam periculosum est sibi placere cui cavendum est superbire. Unde ergo non imminet periculum superbiendi non est vituperium propria commendatio. In Christo autem hoc periculum non timebatur. Ille enim qui super omnia est quantumcumque se laudet non se extollit excelsus est. Nota quia aliquando laudabile est quod homo se commendet cum scilicet cedit ad utilitatem fidelium et sic apostolus commendavit se. Sed valde est nobis utile et necessarium ut cognoscamus deum. Unde expedit nobis quod magnitudinem suam nobis revelet et ideo oportet quod ipse se nobis laudet. Non est igitur veritas quoque tacenda pro evitanda iactantia. Unde Gregorius. Incaute sunt humiles qui se mendacio illaqueant dum arrogantiam vitant quia contra veritatem se erigunt quam relinquunt. Qui enim necessitate cogente vera de se bona loquitur tanto magis humilitati iungitur quanto veritati sociatur. Tunc surgit a minori. Si ergo ego lavi pedes vestros dominus et magister de quo minus videatur et quod minus erat debitum et vos servi et discipuli multo fortius debetis hoc exemplo provocati alter alterius lavare pedes et ad omne obsequium humiliari. Quia magister sum mea doctrina recipite et quia dominus meum mandatum custodite. Hic per unum obsequium accipitur synodochice omnia alia obsequia humilitatis et caritatis exhibere scilicet invicem ministrare invicem iniurias dimittere pro invicem orare. Nota

Unde Crisostomus. Non in lavando pedes hanc legem scribit solum sed et in aliis omnibus que circa nos monstravit. Exemplum enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci vobis humiliando me sub vobis ita et vos me [illegible] eres faciatis vobis invicem et maiore in casu necessitatis. Quasi diceret Non solum hoc feci propter pedum corporalium emundationem sed propter

humilitatis erudiuo͛ et ad hoc fecit ut ostenderet
vos ad hoc teneri Secundum Criso· xpiana re
ligio potius attendit quemadmodum quis operis
quam dns non attendit quantum sed ex quanto i·
pocius hoc quam illud Et bene docuit humilitatem
exemplo nam in moralibus et in actibus ho-
minum plus mouent exempla quam verba illud
enim homo agit et eligit quod videtur sibi bo-
num vnde magis ostendit quis illud esse bo-
num quod ipsemet eligit quam quod docet eligendum
vnde est quod qui quis docet aliquis et tamen
aliud facit magis suadet aliis quod facit
quam id quod docet et ideo maioris est meriti ex ipso
facto dare exemplum Non est seruus maior
dno suo neque apls i· missus seu nuncius ma-
ior eo qui misit illum et ideo sicut ego dns
magister et mittens me humilio nobis ita et vos
humiliare debetis et facere equalibus vestris
quod me nobis minoribus facere vidistis
Quasi diceret secundum Criso· Si a me hec facta
sunt multo magis a nobis oportet fieri
Debitores enim nos constituit dns ipse inci-
no piens Qui sedet super cherubim pedes
lauit proditoris· tu vero o· homo terra
et cinis existens et puluis et luti extol
lis te ipsum et magnum sapis Ecce quantum
exemplo et verbo eos ad humilitatem inuitat
et doctrine sue de humilitate factum et exemplum
humilitatis premisit et in hoc conueniente mo-
dum docendi ostendit secundum illud cepit ihs
facere et docere hic etiam aperuit quod petrus
dixit facis nunc postea vnde aug· Hoc est
beate petre quod nesciebas cum tibi laua-
re pedes non sinebas hoc tibi postea sciendum
promisit quando ut sineres terruit magister
tuus et dns tuus lauans pedes tuos Didicimus
fratres humilitatem ab excelso faciamus
inuicem humiles quod humilis fecit excelsus
hec aug· Et ad literam et ad misticum sensum
hoc mandatum domini debemus implere Ad lit-
teram quidem ut per caritatem seruiamus
inuicem non solum in lauando pedes sed

et in omnibus necessitatibus adiuuan-
do et opera misericordie exercendo Et
si non fiat ad litteram scilicet manu saltem fa-
ciamus corde ut in illorum numero simus
quibus dicitur Benedicite sancti et humiles
corde dno Sed ut dicit aug· Multo melius
est et sine contrauersia verius ut etiam
manibus fiat ne dedignetur quod fecit
xpus facere xpianus Cum enim ad pedes fratris
inclinatur corpus etiam in corde ipso vel exci-
tatur vel si iam inerat confirmatur ipsius
humilitatis affectus hec aug· Sed excepto isto mo-
rali intellectu nichilominus hoc etiam ad misticum
intellectum et spiritualiter facere debemus In loto
enim pedum datur intelligi ablucio macularum
Tunc ergo spiritualiter lauas pedes fratris tui
cum xpm imitando ablues quantum in te est ma-
culas eius hoc autem fit spiritualiter remittendo no
scilicet ei offensam sicut ille nobis penitentibus
peccata dimittit Itemque orando pro peccatis eius
sicut ille lauit nos a peccatis interpellando pa-
trem pro nobis et iste duplex lauandi modus
communis est omnibus fidelibus· tercius modus
pertinet ad prelatos qui lauare debent remit-
tendo peccata auctoritate clauium Item est ergo
donante domino ministerium caritatis et
humilitatis adhibere illius est exaudire ac
nos ab omni peccatorum contaminacione mun-
dare Deinde quod dixit sequenti primo con-
firmat dicens Si hec scitis que feci et docui
Beati eritis hic in spe et in futuro in re
si feceritis ea quia beati qui audiunt ver-
bum dei et custodiunt illud et intellectus bo-
nus facientibus eam Unde beda Quia scire
bonum et non facere nil pertinet ad beatitu-
dinem sed ad condempnacionem secundum illud Sci-
enti bonum et non facienti peccatum est illi vnde
et Criso· Beatitudo non copulatur cum
sciencia sed cum opere humane sciencie Oracio
Iesu mitis et vere humilitatis exemplar
qui lauisti pedes discipulorum tuorum
peto et obsecro dne purga eciam meos affectus

Ut utroque pede gemina videlicet caritate purgatus et accenſus ad te purificatorem meum accedam ſecurus. Purifica me inſuper dierum et emunda ab omnibus maculis peccatorum ut dimiſſis negligentiis et peccatis meis in ultima die mortis confiſus abſcedat qui meum calcaneum obſervabit. Dirige domine pedes meos in via pacis ut de manibus omnium inimicorum liberatus benedicam te cum electis tuis omnibus in ſecula ſeculorum amen.

De conturbatione correptione proditoris et egreſſu eius

Facta tertia autem dolens et meſtus auſcultat. Cum enim hoc dixiſſet Jheſus turbatus id eſt triſtatus eſt non carnaliter ſed ſpiritu id eſt ſpiritualiter et ex imperio rationis quia ipſe ſpiritus ſuo et pietate fecit in ſe iſtam paſſionis turbationem et hec turbatio in parte ſenſitiva exiſtens non erat contraria rationi ſed magis conveniens et virtuoſum enim eſt contra vitia turbari. Spiritualis turbatio ad pietatem et miſericordiam ſpectat ſed carnalis furorem et iram excitat. Spiritu igitur turbatur Jheſus et miſericordie ſue compatiendo diſcipulo qui eum tradidit et tradendo periit ſue ut nos doceat quid agere debeamus quando in magnum facinus aliquem herere videamus. Sic et ſancti miſericordie et ex caritate turbantur cum vigent eos tanquam zizania a tritico ante meſſem ſeparare. Moraliter ergo inſtruit prelatos non debere quoſcumque etiam flagicioſos niſi cum magna compaſſione et dolore a luminibus ſancte matris eccleſie ſeparare. Unde Aug. Turbetur plane chriſtianus non miſeria ſed miſericordia. Timeat ne pereant homines contristetur cum perit aliquis chriſto. Concupiſcat acquiri homines chriſto letetur dum acquiruntur chriſto. Timeat et ſibi ne pereat chriſto contriſtetur ſe peregrinari a chriſto. Concupiſcat regnare cum chriſto letetur cum ſperat ſe regnaturum

cum chriſto. Et recumbentibus illis dixit amen dico vobis quia unus ex vobis xii qui utique meum eſtis quorum pedes lavi quibus tanta promiſi tradet me dominum me magiſtrum me ſalvatorem. Unus ex vobis merito non merito corpore non animo ſpecie non virtute. O maxima ingratitudo unde ſuit tradere ſuum commenſalem ymmo dominum et nutritorem. Unde et alius evangeliſta ſic dicit. Ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa. Hoc idem poſſet hodie dominus dicere de multis ſacerdotibus qui menſam domini indigne attingere preſumunt qui rurſum quantum in ſe eſt merito peccatorum filium dei crucifigendum tradunt. Per hoc enim quod in menſa denunciavit ſuum proditorem deſignavit quod multi proditores veniunt ad ſuam menſam. Magis autem peccatum eſt tradere chriſtum regnantem in celis peccatoribus membris quam ambulantem in terris peccatoribus iudeis. Unde Beda. Ecce et hodie eſt et in ſempiternum ve illi homini qui ad menſam domini malignus accedit qui inſidiis mente conditus qui preditus aliquo ſcelere pollutus miſteriorum chriſti ſecretis participare non metuit. Et ille iſte in exemplum iude filium hominis tradit non quidem iudeis peccatoribus ſed tamen peccatoribus membris videlicet ſuis quibus illud ineſtimabile et inviolabile domini corpus violare preſumunt. Ve magis hoc illi de quo Jheſus qui altaribus ſacroſanctis intereſt ymmo lauda utpote qui per conſecrationis ad ea non dubitatur aſtantibus ſibi miniſtris celeſtibus queri cogitur. Ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa. Hec Beda. Et ut dicit Orig. Tales ſunt omnes in eccleſia qui inſidiantur fratribus ſuis cum quibus ad eandem menſam corpus chriſti frequenter fuerunt. Predixit autem dominus de proditore et ſic eum quodammodo revelavit triplici cauſa. Primo ut oſtenderet ſe deum qui future contingentia previdebat. Secundo